

possunt, promouere. Sic ille. Pro quo & est Rotæ Decisiō apud Dianam Parte 1. pag. 593. & 598. vbi & secus factum annullatur. Tenet etiam de Rege loquens Dom. Zapata *suprā Cap. 14. num. 19.* contra quendam qui ex eo arguerat quod Tridentinum non agat de Regio patronatu quod tamen esse falsum adducta conuincent. Qui item Cap. 6. ita scribit: *Verissima sibi & inter Doctores S. Theologia supremos, è quibus nullus vel nū ipso ausus est alienum insinuare, quod Beneficium seu Episcopatum digne conferre, digniore posthabito, est mortale peccatum.* Sic ille, addens id intelligendum quando excessus est notabilis euidenter (quod & P. Dicastillus similiter afferit *suprā num. 34.*) & circa id non esse anxiè laborandum. Plurimos pro Assertione Auctores cōgerit, pro quā & videndus Parte 1. Cap. 12. num. 21. & seqq.

Probabile esse contrarium quod teneant.
Diana.
P. Reginaldus.
Diana suis verbis respondeatur.

73 Circa quā Diana Resolut. 40. citatā ita scribit: *Si haec opinio esset vera, magnum pondus habentem Pontifices & Reges. Sed mili probabilis videtur etiam contraria sententia, quam ex Neoterici's sustinet Reginaldus Tomo 2. Lib. 30. Tract. 3. Cap. 14. num. 197.* vbi sic afferit: *Qui ius habent conferendi Beneficia per prouisionem liberam, ut Papa, ac non nunquam etiam Princeps ex privilegio, vel consensu tacito Ecclesia, non tenentur eligere digniores, nisi in promptu sint, sed sufficiat eligere dignos; alioquin enim semper tenerentur dignorem querere, quod à Papa, vel Regibus exigere durum est.* Sic ille: quod P. Bauny *suprā* ait non videri à vero alienum, quamvis oppositum vt in praxi tutius amplectatur.

Quod dura videatur obligatio nihil obstat, quia tales Principes.
Sap. 6. v. 6.
P. Reginaldus sententia à communione non disserit.

74 Sed certè Diana suis possimus verbis respondere, qui Tractatu eodem Resolut. 67. probans in electionibus Officialium, quā à Senatu sunt in ciuitatibus, debere eligi digniores, & opponens durum id videri, sic respondet: *Durus est hic sermo; durus quidem, sed verus, & communis inter Doctores.* Deinde vt à sententiā tantoperē fundatā recedatur, debile satis fundamentum est, quod videatur durum id à Papa & Regibus exigere: multa enim dura dignitati sunt eorum annexa, à quibus salus subditorum pendet, & ea debent necessariò deuorare. Et quia circa dura eorum versatur obligatio, ideo *durissimum indicium his, qui presunt, fiet.* Sap. 6. vers. 6. Præterquam quod minimè durum hoc videri debet, cum facile possint Principes ministris suis curam istam indicere, vt satis idoneos querant, & sibi proponant post diligentem informationem Ecclesiis præficiendos.

75 Præterea, P. Reginaldus sententiam contrariam absoluē non sustinet, vt Diana eidem imponit: cum clare docet teneri Principes elige re digniores, *sicut promptu sint,* vt communiter accidit; sunt enim in promptu, vel quia præsentes, aut non longè positi: quod si remotissimi, vt in Indiis, eorum notitia cum informationibus de eorum idoneitate captatur. Illis autem occurrentibus, non est obligatio in conscientiā quārendi alios, quia ex tali conquistione prouisio Ecclesiistarum nimium differret; cui damno debet per prouisionem celarem obuiari, quia Ecclesiis est periculosa vacatio. *Cap. Qui posse de Electio e in 6.* Et per hoc viam faciliem Regibus nostris ostendimus, vt sine anxietate conscientiā in negotio possint considerationis tantæ procedere.

Modus facilius Regibus nostris ostenditur.

76 Præterquam quod sententia afferens, *Patronum laicum non teneri ad dignioris presentatio-* Rem præsentare, non contemnendos Auctores habet. Sic enim tenet cum aliis Diana *suprā* & *presentatio-Resolut. 37. & Parte 3. Tract. 5. Resolut. 110. vbi rationem plures congerit.* Et Parte 4. Tract. 4. Resolut. 170. qui teneat. defendit præsentationem digni omisso dignore, factam à Senatu Panormitanō pro Parochiā quādam, vt licitum in conscientiā foro. Pedraza in *Summa practicat.* 7. §. 36. Dom. Machadus Eleitus Episcopus Popayanensis, & morte curis scrupulosus exemptus. *Tomo 1. pag. 672. num. 5.* P. Henriquez in Manuscriptis apud P. Thomam Sancium *Dub. 5. citato*, id affirmans quando Patroni habent ius præsentandi, quia construxerunt & dotarunt Ecclesiis de propriis bonis, & non ex sola Pontificiā concessione: quod est cernere in Ecclesiis Indiarum, cui omnino consonat P. Vasquez *Opusculo de Beneficiis Cap. 2. Dub. 4.* P. Dicastillus *suprā num. 101.* & generalius Eligius Basilius verbis. *Beneficium 6. numer. 3.* vbi Diana, & P. Reginaldi doctrinam amplificatur, de quā nuper P. Layman *Lib. 4. Tract. 2. Cap. 15. num. 7.* P. Palau *Tomo 2. Tract. 1. 3. Dis-2. Puncto 7. num. 6.* P. Bauny *suprā*, dum non à vero alienam affirmat esse Diana doctrinam, quidquid de tuto prius, vt diximus, arbitretur. Et nouissim Ioannes Poncius in *curso Theologico Disput. 59. Quæst. 1.* generaliter teneri digni electionem licet, digniore posthabito, dummodo donna ex electione tali minimè timeantur, vt alios omittant. Nostra ergo sententia solidè roborata præcedit, vt Principes debeat contrariam proximam habere suspeclam: sed probabilem aliam exhibemus, vt si quandoque in eo genere aliquid libeat, sciant posse illud non violatis aperie iustitia præscriptis exercere. Ut autem vietetur etiam veniale peccatum, quod neque aliqui ex citatis Auctoriis videntur agnoscere, licet nō ita perspicue loquantur; nisi aliquis potest honestus attendi, vt non sit sola pro ratione voluntas, sed ratio potius pro voluntate. *Iuxta quod etiam loquitur Dom. Zapata suprā Cap. 7. & 17. num. 11.* dicens non esse peccatum mortale aliquoties dignis dare, dummodo frequenter ratio maioris dignitatis habeatur. Et quod Beneficia simplicia non sunt minoris momenti, quia electi habent suffragium in ordine ad gubernationem, vt Canonici, & Præbendarij: vbi de Indiis specialius loquitur, videndus etiam *Parte 1. Cap. 4. num. 18.* cui tamen aduersatur Thomas Hurtadus dicens dignitates inferioris classis, vt Canonici &c. posse minùs dignis confiri. Vide *suprā num. 65.* & de obligatione sub mortali circa alia loquitur, & specialius de Curatis. Sed Dom. Zapata sententiam tenet P. Dicastillus *suprā num. 97.* Licet Pharcionius *Tract. 1. sezione 8. Casu. 12.* nullam respectu simpliciter inter ipsa faciat exceptionem.

Quia verò circa Beneficia Curata specialis est modus prouisionis in Indiis, in quibus Regijs patronatis functiones Proreges & Præsides exequuntur, de illis inferiori differendum: prædicta enim resolutio de Rege Catholico procedit, qui ad Episcopatus per se præsentat, & aliquando etiam solitus ad nonnulla Curata Beneficia similiiter præsentare.

CAPVT

CAPVT VIII.

An Rex Catholicus specialiter instrutus esse debet circa res Indicas, & ea quā in ipsis geruntur, graui conscientiā obligatione.

Discursusclaro ostendit obligatio Regis Catholici ad habendam notitiam veritatem Indicarū. 77 **A**ffirmatiū respondet, & ratio est clara. Quia vñusquisque tenetur earum rerum notitiam habere, quā ad recte administrandum officium, quo fungitur, necessaria est, vt communis sensus Doctorum firmat, pro quo videri potest P. Thomas Sancius *Tomo 1. Consiliorum lib. 2. cap. 1. dub. 36. num. 6.* & Illustrissimus Zapata *Parte 1. Disceptationis de Instituta distributiva cap. 9.* quod pro Indiis ait specialiter vrgere *num. 18.* Atqui Rex Catholicus omnium præstantissimo inter humanos officio fungitur: ergo debet scire, quā ad illius rectam administrationem requiruntur. Atqui in administratione regnum locum habent, & quidem satis nobilem, Indiæ: ergo quā ad eas spectant scire debet sub graui conscientiā obligatione. Omnia sunt adeò perspicua, vt suā se luce manifestent. Et ita in specie casus nostri tenet Fr. Ioannes de Silua in *Animaduersionibus pro Rege ipso fol. 54. pag. 1.*

In Regibus litterarum Laudabilis. 78 Nec jam de notitiat illā rerum sublimiori loquitur, quā se ad studium litterarum extendit, qualem in Theodahado Amalascuncha Regina regni confors prædicauit Cassiodori verbis lib. 10. 3. sic locuta: *Accedit historia desiderabilis eruditio litterarum, quae naturam laudabilem eximie reddit ornatam.* Ibi prudens inuenit, unde sapientior fiat: *ibi bellator reperit, unde animi virtute roboretur: inde Princeps accipit, quemadmodum populos sub equalitate componat.* Nec aliqua in mundo potest esse fortuna, quam litterarum non augeat gloria notitia. Sic ille.

Non omnia necessaria, sed quā ad artē regendū regni spectat. 79 De aliā nobis sermo est, quā ad artē regendi spectat, vt sciat Princeps populos sibi commissis imperio regere, bono communī consilens, quod ex eius maximè prouidentiā derivatur. Pro quo *Psal. 2. v. 10.* sic vates Rex: *Et nunc Reges intelligite: eridimini qui judicatis terram.* Vbi Ioannes Campensis ita vertit: *Idcirco Reges quā sapite, & disciplinam recipite, & judicis terra!* Vult ergo illos esse sapientes: atque vt tales sint, eruditio, & disciplinam liberenter excipere: & ea certè sapientia, quā ad rectam administrationem muneri sibi commissi conductit. Vnde sequitur: *Seruite Domino in timore, &c.* Seruunt enim Reges Domino in timore, dum non suam, sed communem causam agunt, intelligentes de omnibus sibi concreditis reddendam esse rationem, & quis ad hanc non timeat? Quis non judiciale illud Interrogatorium seuerissimi omnium Iudicis extimescat? Quando ad examen ii, qui aliorum fuerunt judices, vocabuntur. Ideo Sapient., post alia inculcanda Regibus, sic *Sapient. 6. v. 10.* cosdem adhortatur: *Ad vos ergo Reges sunt hi sermones mei, vt discatis sapientiam, & non excidatis: qui enim custoderint justa iustę, justificabuntur: & qui didicerint ista, inuenient quid responderent.* Quid inquam respondeant ad finale illud

Interrogatorium, tremore artuum omnium formidandum.

80 Et hæc quidem communia Regibus omnibus sunt, & Catholico erga omnia sua regna ac multiplices congruent principatus. Sunt autem pro Indiis necessariō refricanda, quia illarum distantia in causā esse potest vt res earum aut ignorentur penitus, aut minus attente disponantur. Quā consideratione homines quidam, in quorum persona loquitur Eliphaz, existimarent Deum res humanas non curare, vt pote ab illis longissimo discretum interallo. *Iob 22. v. 14. & 15. v. 14. & 15.* v. 15. vbi sic ille: *Et dicit: Quid enim nonis Deus?* & quasi per caliginem judicat. Nubes latibulum ejus, nec nostra considerat, & circa cardines cœli perambulat.

Circa qua P. Gaspar Sancius terque quaterque venerandus interpres ita scribit: *In modo puto bene esse Idem, ei prouerbialē dicendi modum, cum significare volunt aliquid longè esse remotum; aut aliquem ab aliquā curā si abesse prouul, ut in alia omnia quā longissime abierit.* Sic ille. Longa ergo distantia curam rerum sic distantiam abolere solet: ex quo satis humanitas consideratione fundato, id rati homines illi, quod & fassi: *Deo scilicet non morem alium in suā gubernatione seruari, super cœli cardines ambulanti, & ita res humanas non curare: vel si forte aliquantulūm circa illos digreditur, quasi per caliginem judicare.*

81 Sed omnino illi decepti: Deus enim, *Eorum regni sublimis, rebus tamen omnibus est præfertur, dargua deceptio.* omnia manu tangit, & attentissime conspicit, quā remotissima judicantur. *Quia in manu eius sunt omnes fines terra, & altitudines montium ipsius sunt.* Sic *Psal. 94. v. 5.* vbi *Psalterium Romanum: Quia in manu eius sunt omnes fines terra, & altitudines montium ipse conspicit.* Ipse inquam conspicit fines terræ, & distantissimas montium altitudines, manuque tenet, vt regat. Per se, & non per caliginem judicat, vt se Regem magnum *Deus magnus Rex, quia dominus Regis, & quia dominus terrae.* manifestum. Ideo sic præmisit vates: *Quoniam Deus magnus Dominus & Rex magnus super omnem terram.* Verè Rex magnus, qui distantis terra terminos & manu tractat & intimā inspectione probatur habere præsentes: & altitudines montium ipsius sunt. Benè hic congruit lectio alia: *Ipse conspicit.* Quomodo enim non conspiciat quā sua sunt? Certè si non conspiceret, non essent sua, sed alie na deberent meritò judicari.

82 Lætæ hoc ergo Rex Catholicus se gerat oportet, vt Dei scilicet imitatione formetur. Si enim Reges Numinis instar sunt, vnde Homerus de quodam sic:

Videntemque per urbem adpestant Numeris instar. Pro quo & Seneca *lib. 1. de Clementiā cap. 14.* sic scribit: *Nec alio nomine Rectorem suum intuerit, quā si dī immortales potestatem visendi tu facias, inuenieremus venerantes, colentesque. Quid autem? Non proximum illum locum tenebis?* &c. Si inquam alii Reges tali debent imitatione præcelere: quid Rex Catholicus, quem Deus amplissimo omnium imperio decoravit? Fines ergo terræ, Indicas inquam Regiones, non per caliginem judicet: manu eas teneat, & notitiam sollicitè parta conspicat: suā enim sunt; vnde & manu & conspectu dignissimæ. *Decet prudentie.*

B 4. nostris.

Cassiodor.

Psal. 36.
v. 3.

nostre curam; subiectorum negotijs adhibere custodiam; quia nobis ordinariis illa fieri debent, quæ Regiam possunt demonstrare presentiam. aiebat Theodosius apud Cassiodorum lib. 4. 37. Qui per caliginem videt, nihil potest se conueniens, & ex quo eius demonstraret præsentiam, in negotiis subiectorum ordinare. Si ad judicandum processerit, judicabit per caliginem; cum tamen Regale judicium debeat ipsum meridianum splendorem exquare. Et judicium tuum tamquam meridiem. Psalm. 36. v. 3. Si ergo Rex Catholicus suæ velit conscientia consilere, vt velle semper deprehenditur, optet instrui circa ista, & eruditio nem non tantum oblatam excipiat, sed animitus ipse conqueratur: vt qui duobus illis præ aliis gaudent titulis, vnde & alij multoties omittuntur, contentus dici Hispaniarum, & Indianarum Rex Catholicus: Hispanias meridiano fulgore judicet, & Indianas manu pariter & benigno conspectu complectatur.

CAPVT IX.

An Rex Catholicus tutâ possit conscientia eligere ad India officia quos velit, Regio non auditio Concilio, vel ipsius judicium non secutus, etiam in Ecclesiasticis.

Varia in
Regia Curiâ
Consiliis
Consiliis stu-
diosos Re-
ges Catho-
licos mani-
festant.

83 Dificultas hæc omnibus, & circa omnia, communis potest esse Principibus, quibus omnino necessarium sapientiam esse consilium, res est penitus explorata, pro qua multi multa. Et quam hoc cordi fuerit Regibus nostris, tot Consiliorum ectorum in Curiâ grauissima & sapientissima Tribunalia demonstrant. Consiliorum enim nomine nobilitata sunt, etiam diuerlarum causarum decisiones ab eisdem progrediantur; quia pro Consiliis Regum nostrorum auribus ingrendis videntur quam maximè constituta. Videant ergo illi quos elegint, cum non alij esse debeant, nisi quos in rebus momenti magni dignentur. Ne si fecis fias, minus idoneis adlectis, id euenniat, quod apud exteri Legati relationem ad suam transmissam Rempublicam jam pridem me legisse memini: Nullibi scilicet plura esse quam in Hispaniæ Regis Curiâ Consilia, & Consiliis minus. Quod certè ex eo processit animo, quem simulatio dura sicut infernus solet in extraneis peccatoribus contra Hispaniæ magnitudinem & gloriam inflammare. Erit autem quæstio specialis in ijs, quæ ad India spectat, ob peculiarem distantiam rationem, & minoris eaurum notitiae, vnde maior Consiliorum ratio videtur militare. De utroque aliiquid.

Aliqua of-
ficia potest
Rex suo ar-
bitrio con-
ferre.

84 Dico Primo. Quædam sunt, in quibus Rex suum sequi potest arbitrium, officia conferens, honestatis semper habita ratione. Id probo; nam si Rex sciat aliquem in Belgio aut Orano egregiè militasse, & occurrat prouisio militaris alicuius officij, non est vnde oriatur impossibilitas talis eo fine consultationibus honorandi. Si enim illæ requiritur, id est propter notitiam comparandam, quod tamen necessarium non est: Eum enim, qui certus est, certiorari ulterius non oportet,

vt habet Regula 31. juris in 6. Neque obstat pro rebus talibus Consiliarios designatos: quia cùm eos designauit, non sibi manus ligavit Rex, quo minus possit sine illis id agere, quod rationi non constat aduersari.

85 Dico secundò. Si officium à Rege conferendum, gubernationem concernat non parti momenti, etiam cum militiæ connexum, non est secura in conscientia designatio militis strenu, licet bene notus sit Principi, si de illius prudentia & maturitate non habetur satisfactio. De hoc actuū à me in Epiphaliano sacro circa Titulum à num. 7. vbi plura adduxi consideratione dignissima, & ad Indias spectantia, quæ operæ erit aliquale pretium adiisse. Ratio autem est irrefragabilis: quia aptus ad militiam, non adeo est aptus ad prefecturam; sunt enim doles diuerlæ, & ita non se inuicem inferentes; pro quo & experientia frequentissima, non sine magno animi dolore succurrunt. Videmus enim (vt alia omittam) Chilense regnum, optimam Occidentalis huius Tractus portionem, hac ex caula ferè deperditum, cæde multiplici, deprædatione ac deuastatione consumili, violatione sacrorum, multorum captiuitate, & totalis præsentissimo periculo ac irreparabilis amissionis. Hic ergo, quod de Galliâ Theodosius, cui libet istarum possumus aptare Provinciae, dum ait: Desiderat viros egregios coacta cladibus suis, Gubernatores scilicet, de quibus agebant, & qualiter ipse ibidem in aliorum exemplum sic commendat Gemellum: Firmum est judicium, cuius tenetur exemplum: nec locus ambiguitati relinquitur, vbi experientia probabilita suffragantur. Explorauimus efficaciam tuam per diversos industrie gradus; sed non imparem meriti gratiam varijs actionibus equaliter approbatus. Hinc est quid præsenti tempore in Gallias, nobis Deo auxiliante subiectis, Vicarium te Praefectorum nostra misit auctoritas. Sic ille, & in causam præsentem opportunè, apud Cassiodor. Lib. 3. 16.

86 Pro eodem juuat P. Thomam Sancium excipere Tomo 1. Consiliorum lib. 2. cap. 1. dub. 36. n. 5. sic scribentem; Tertiò nota non sat esse electori ignorare esse indignum electum, sed tenetur scire electum positiuè esse dignum, aut per se ipsum, aut testimonio fide dignorum: & alias peccat mortaliter, & tenetur restituere danna, quia exponit se periculo eligendi indignum. Sic Salomon (scilicet 2. 2. quæst. 63. fol. 1041.) & quidam docti iuniores, quorum non nulli notant in suis Manuscriptis hoc habere verum, etiam in priuatis renuntiantibus & vendentibus haec officia, & in vendentibus ea nomine Regis; non enim bus.

Cassiodor.

Postiua
notitia ido-
nitatis re-
quisita.
P. Thom.
Sancius.Cardinalis
Lugo.

Etiam in vendentibus & re-
nuntiantibus haec officia, & in vendentibus ea nomine Regis; non enim bus.

Et preci-
Adriano quos & secutus videtur P. Sancius. Idem pue in Ec-
tenet, positiuam notitiam dignitatis exigens,
Dom. Zapata Parte 2. cap. 6. num. 35. & seqq. qui
etiam cap. 15. n. 3. & Parte 3. cap. 1. num. 2. cum
multis affirmat eligentem ad restitutionem tene-
ri ob danna ex indigne electione secuta: Eccle-
siæ quidem, si officium Ecclesiasticum sit:

Reipu-

Obligatio
restitutio-
ne ex omis-
sione.

In prouisione per concursum an minus digni Sc.

Reipublicæ verò, si sæculare: pro quo & cap. 3. num. 5.

Benigna
cires Ec-
clesiasticas
prouisiones
doctrina.
P. Sancius.

87 Dico tertio. Circa electionem Ecclesiasticorum benigna est Salonis doctrina ^{suprà}. Fol. 1003. & sequenti, quam P. Sancius amplexus citato capite dub. 12. num. 4. sic dicens: Si quis elec- tor habet amicum vel familiarem, quem certissimè scit esse dignum, potest eligere illum, quando non videt cer- tissime & evidenter alium esse dignorem, sed probabili- ter tanum. Ratio, quia ea certitudo, quæ non sibi suum familiarem esse dignum, habet a longè experientiâ, pra- ferenda est opinio, quæ habetur de maiori alterius dignitate, est que elector securior quando nouit hunc certò dignum, de digniori vero est dubius. Sic doctus Pater: juxta quæ, & alia superius dicta, non tenetur Rex Catholicus in huiusmodi prouisionibus Consilium Indianum aut Camera consultare, sed juxta priuatum scientiam prouidere. Quod qui- dem potest in Confessariis, & Capellani accide- re, & in aliis assentientia frequentioris. Immò ad- do. Etiam si Consilium & Camera alium proponant, & dignorem censeant, non teneris illis conformare, ob rationem dictam; quia scilicet ipsius est certa notitia, & sic præualeter alteri, quæ de aliorum habetur dignitate. Licit enim Con- silij judicium interueniat, illud probabilem cognitionem non excedit: nisi forte aliqua eslet persona Consiliarii nota, de qua Regi non min- us quam de aliâ sibi familiari constaret. Quo euentu eorum attestationi standum esse videtur, quæ moralem infert certitudinem.

88 Sed nihilominus dici potest eriam tunc certitudinem Regis esse maiorem, quia est experientialis, quod non habet alia respectu ipsius, licet talis sit respectu aliorum. Cum dici item possit, etiam stante qualitate notitia, posse Regem familiari suo gratificari, quia alius à Con- silio propositus, postea poterit simili aut meliori officio donari; juxta valde probabilem senten- tiam eorum, qui dicunt, minus dignum posse in dicto casu præferri. Non enim est nimis curandum, quod hic vel ille primò eligatur, cum possint alij præde- ter referunt ad alia similia officia, & fortasse meliora, citò vacatura. Neque enim magnum Ecclesia incommo- dum timeri potest, quod paulò ante his quam ille alius, qui fortasse dignior est, promouetur. Verba sunt Cardinalis Lugo Tomo 2. de Iustitia, Disputat. 35. num. 25. & 48.

CAPVT X.

An in Beneficijs simplicibus, quæ sunt Regiæ prouisionis in Indijs, & per concursum conferuntur, possit Rex Catholicus minus dignum præpone- re digniori.

89 C Anonicatus aliqui sic conferri soliti, vt Magistralis, Doctoralis, Scriptu- rarius, & Penitentiarus pro qui- bus fit concursus, & suffragium præstant Prælati, & Capitulares. Suffragia autem ad Regem cum Prælatorum, & Proregis informatione mit- tuntur, & electo ab ipso ac præsentato fit Canonica collatio, juxta Ecclesiæ consuetudi-

nem instituta. De his ergo procedit difficultas. Circa quam.

Dico primò. In huiusmodi prouisionibus grauitet delinquitur, si minus dignus præfer- tur. Est receptissima sententia, pro quâ videri possunt P. Thomas Sancius Tomo 1. Consiliorum, lib. 2. cap. 1. dub. 3. num. 23. Vbi adducit Nauarum, Nauaram, & Aragonem. P. Lessius lib. 2. cap. 34. num. 68. M. Ioannes Zapata Disceptatione de iustitia distributiva, Parte 1. cap. 7. qui tamen Parte 3. cap. 3. ait (in quo & consentit Pharaonius Tract. 2. Sen. 8. Casu. 2.) non esse obligationem restitutionis. Dom. Solorzanus lib. 3. cap. 15. n. 66. & seqq. Vbi quamplyres accumulat. Et in Politica pag. 631. Diana Parte 2. Tract. 15. Refol. 40. in fine; vbi licet videatur de Beneficijs Cu- ratis loqui, juxta quæstum in Titulo, refolutio tamen est generalis, ad quam consequenter lo- quitur Refol. 38. §. Quarta opinio, vbi probat Beneficia simplicia posse conferri minus dignis, quia dantur sine concursu; vt alios omittant. Pro- bari potest

90 Primo. Quia huiusmodi Canonicatus maiorem sufficientiam requirunt quam Curata, ^{1. ratio ex} & bene expendit P. Sancius ^{maiori suffi- ciente} suprà num. 21. & ex sufficientia eo inferretiam, secluso concursu, dignioribus de- rebus confiri. Quod & tenet P. Lessius ^{ratio ex} suprà nu. 64. & Cardinalis Lugo Tomo 2. de Iustitia, Dispu- tat. 35. numer. 20. Ergo cum per concursum nouus titulus, & quidem singularis estimatio- nis, addatur, non potest minus dignus ante- ferri.

91 Secundò. Nam dignior prætermis- sus ^{2. ex hono- rati jactu} grauem patitur honoris jacturam in concursu su- peratus; ergo stare illud sine graui eligentis cul- pâ nequit; etiam si eligens sit Rex, quia Reges non ^{ex} non est do- minus.

Tertiò. Quia Rex concursu ad huiusmodi prouisiones statuens ex Pontificia Sedis induito, ^{3. ex Regia} se feruam iustitiam obligavit; alia eslet inutilis, cum possit, sicut in Canonicatis aliis, prouisio fieri, aliunde habita sufficientia notitia: ergo tenetur suæ stare prouissioni, quæ grauitet obligat, cum sit in re graui, sub onerosâ oppositionis conditione, juxta irrefragabilem Scriptorum doctrinam, Regibus maximè retinendam, & Christianis ante alios, singularique ratione Ca- tholicis, ut Regi Christo comprobetur similis; de quo vates Euangelicus præclarum illud: Et erit iustitia cingulam lumborum eius; & fides cinctorium renum eius. Isaiae 11. v. 5.

92 Dico secundò. Plura suffragia in casu dicto non sunt dignitatis maioris fundamentum, vnde potest Rex aliud præferre, si alia æquè dignum censeat, propter adiunctas qualitates. Probatur: Quia si certum fundamentum eslet, immerito suffragia ad Regem mitterentur & Beneficia ista tamdiu vacarent: quod enim Rex facturus est, posset facere ejus locum tenens, eum præsentans, quem certissimum est à Rege præ- sentandum, cum nequeat ille, si Christiane actu- rus sit, quidquam contrarium attentare. Cùm ergo

Affertio 2. plura suf- fragia nos- semper ob- ligare.